

PSALMI XLIII. DISPOSITIO.

Deus vindex. Reduc ad aram.

Continetur h̄ic I. ardens precatio: ubi **A**res petita est [1] vindicatio innocen-
tis: *judica, age causam meam contra*
gentem inhumanam. [2] *ereptio ē manibus viri*
dolosi ac iniqui: ibid. [3] *defensio: cum sis*
robur meum, cur me abjecisti? vers. 2. [4] *ex-*
hilaratio: cur atratus incedam hoste premente?

PSALMUS XLIII.

EXPLICATIO VERSUS I.

שפטני *judica me:*) h. e. ô juste judex perpende demum aliquando iniquas adversariorum meorum calumnias afflictionesque, quibus me ut perduellem, sangvinarium omniumque sceleratissimum, perseqvuntur; atque sic bonitate causæ meæ perspecta, instar justi judicis, etiam ipsō opere hos meos oppressores puni ac profliga, me verò innocentem tuere.

ויריבת *& litiga litem meam:*) i. e. instar justi ac fidelis advocati, aut instar judicis benigni suscipe deserti patrocinium, age meam cauſam velut *advocatus pauperum*, cum alias misero mihi ac derelicto pereundum sit in causâ etiam æquissimâ: profer tandem in lucem publicam hostium meorum dolos ac iniuriam meamque innocentiam, &c. Vide de hâc phrasî Psalm. xxxv, 1. Elegantem verò præbet ebraismum hâc verbi cum verbali suô nomine constructio: *litiga litem,* de quâ pag. 144. Reg. 3. gramm. Trostii.

טנוּ *propter gentem:*) i. e. factiosam illam adversariorum meorum turbam, quæ catervatim, instar gentis numerosæ, adversus me pugnat litigatque. Particula (ט,) si verba hâc, prout accentuum svadet positus, nectenda sunt cum præcedentibus, valebit (*propter*), ut indicetur causa accelerandi judicii, supina nempe ac propudiosa hostium plurimorum iniurias. Si tamen cum *Mollero* incipiamus ab hac voce membrum verificuli alterum, pertinebit ad verbum **הפל** *טני*, valebitque A, ut in sequentibus, h. m. *eripe me à gente non piâ &c.* Nolim tamen, temerè accentuationem postponi. Non nulli accipiunt de gente Philistæorum; verum convenientius exponemus de magnâ illâ hostium è mediô etiam Dei populo catervâ, vel de Absalom exercitu, à cuius persecutionibus se liberari David precatus est. Sic & Piscator præterea non putat intelligi posse Philistæos, quia vers. 3. David petit deduci *in montem sanctum* i. e. Zionem, qui tamen Saulis tempore nondum erat locus divini cultus. R. Salomo de Edom. Mus de Babylonii; quorum captivitatem David in spiritu deprecetur.

לא חסיד *non benignâ:*) i. e. extremè immisericorde, omniq[ue] prorsus compassionē ac benignitate destituta. Hanc namque emphasis infert præposita negatio, quæ non solum removet id, cui præponitur, (v. g. omnem commiserationem,) sed & oppositi præsentiam involvit, ut h. l. immensam crudelitatem, injustitiam &c. Dicitur figura hâc *Lutoes.* Confer gramm. p. 157. n. 6. Vocem ipsam **חסיד** *beneficus*, qui **חסיד** *gratiam* exercet erga alios, item beneficiarius, qui

A ibid. [5] restitutio cultus sacri: *ut lux veritasque Dei deducant me ad montem tuum sanctum &c.* vers. 3. *ut intersim festivitatibus laudibusque solennibus:* vers. 4.

II. Animosa sui ipsius conformatio ex priore Psalm. XLII, 6. 12.

gratiam experitur aliorum, expendimus Psalm. XXX, 5.

מן שׁ *a virô:*) collectivè nomen hoc ponitur pro viris multis, qui tamen omnes adeo in sua conspirabant malitia ac persecutione, ut viderentur esse *vir unus.* Alias in voce hac **איש** includi etiam solet virtus mascula, præsertim si opponatur ei **אדם** *homo*, propriè *terrestris ac plebejus.* Atque sic & David hostes experiebatur *Vros*, h. e. robustos, in autoritate constitutos: &c. qualis erat Saul, Achitophel, Absalom, quos aliqui speciatim hic innui opinantur.

מרמה *doli vel fraudis:*) i. e. à virô fraudulentô, qui aliud verbis gestibusque simulat, aliud vero in corde machinatur, callideque, cum potest, exequitur; qui coram vult videri justus ac benevolus, absens verò nil nisi crudelia ac manifesta scelera perpetrat. Posterior substantivum adjectivi gerit vices, ceu Cobel. XII, 6: funis argenti i. e. argenteus: vers. 10. verba desiderii, i. e. desiderabilia Psalm. IX, 5. judex justitiae, i. e. justus &c. Nomen ipsum descendit à **כפָח** project: & in piel, circumveniendo aliquem præcipitavit, decepit: ac proin designatur astutia, clâm aliquem circumveniens: cujusmodi **טרמץ** *fraude* utebatur Jacob benedictionem eripiens, Genes. XXVII, 35: item filii Jacobi contra Sichemitas, cap. XXXIV, 13: & quali fraude vel proditione, decipiebatur etiam Joram 2. Reg. IX, 23. Sic & alibi fraudulentia jungitur cum sangvinaria crudelitate Psalm. V, 7. LV, 24. &c.

יעול *& וועלה* *& iniquitatis:*) i. e. à virô iniquô, qui nullum æqui aut honesti apud se gerit æstimium, qui nequè sacra, nec humana curat jura, imo omne fermè honestorum atque turpum, suppeditat intra se discriben. Nomen hoc unde & germanorum **יעבֵל** videtur profectum, designat *improbatum*, veritati ac justitiae oppositam, ubi quis ad flagitia manifesta scienter deflectit, Deuter. XXXII, 4. Ezech. III, 20. XVIII, 8. 24. XXXIII, 13. 15. Psalm. LIII, 2. Ac proinde & h. l. non designatur malitia connata, cunctisque mortalibus communis, sed enormis scelerum, quorumvis colluvies ac perversa pravitas.

חפל טני *eripias me:*) futurum secundum ponitur pro primô, qualia præcesserunt. Ipsius verbi **פְלַט** *eripuit.* vel evadere aliquem ex magnâ periculô fecit, significationem expendimus Ps. XVII, 13. & alibi.

EXPLICATIO VERSUS II.

אלוהי מעוֹז *DEUS fortitudinis meæ:*) h. e. in te omne meum semper collocavi robur, de cunctis meis viribus desperans, imo à te solo impo-

Gg 2